



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum
Asceticum Posthumum**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

Precatio ad Omnipotentiam Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](#)

mentum omnium excipit, sustentat
& conseruat. Ipse enim est omniū
radix, ex quo omnia veluti pullu-
larunt; & omnium vinculum, quo
singula in se ipsis constringuntur
ne diffluant & euaneant; omnium
sedes, ac fundamentum, omnia
sustentans, ne in nihilum suum re-
labantur.

P R E C A T I O

'Ad Omnipotentiam Dei.

Ex lib. 5. de Perfect. cap. 4.

Oadorandam, tremendam,
& religioso silentio ve-
nerandam omnipotētiam
tuam, Domine Rex sa-
culorum, qui omnia per te potes,
quidquid possunt omnes creature
tuæ; à quo omnis potentia, omnis
vis, omnis energia rerum omnium
est instituta & dependens, qui om-
nia ex nihilo solo verbo condidisti
& con-

& condita eodem substantifico influxu conseruas, ex omnipotentiæ tuæ manu ea veluti suspensa tenens, ne in suum nihilum relabantur; coram quo totus mundus est instar pilæ modicæ, & omnes Gentes instar stillæ roris antelucani. Qui reipsa potes efficere & præstare, non solùm quidquid omnes homines & Angeli animo concipere, sed etiam quidquid sapientia tua infinita potest excogitare: par enim est potentia tua sapientiæ tuæ, & æquè latè se extendunt & diffundunt; cum hæc sola sit illius regula & mensura. quam enim aliam habeat mensuram potestas immensa, nisi immensam? Hinc non minùs eas tenes & possides quæ non sunt actu in esse producta, quam quæ esse & specie exterius acceperunt. Delitescunt enim in thesauris potentiae & sapientiæ tuæ, & ad minimum nutum tuum in esse foras.

E ij profi-

prosiliens, & dicent, Adsumus ad obsequium tuum. Non indiges laudibus & obsequijs nostris: si enim velis, infiniti tibi mox suppetent famuli, qui incomparabiliter te melius colant, & omni laude celebrent.

Insere animo meo profundissimam reuerentiam & humilitatem in consideratione tantæ potentia tuæ: tu enim de me & de omni creatura tua potes disponere & statuere pro arbitrio tuo; nec quisquam tibi potest dicere, Cur sic facis? tua enim sunt omnia, & opera manuum tuarum. Semper te mihi presentem cogitem, & extensa manu omnipotentiæ tuæ, æternæ damnationis fulmen minitantem, si sanctissimas Leges tuas violauerо. Adde etiam fiduciam & securitatem cordi meo in te, vt neminem timeam præter te, nec illa creatura me à charitate tua abstrahere.

here valeat. Quid enim sunt cetera omnia corā te, aut quid mihi absque tuo nutu possūt nocere? Quod si ab aliquo me affligi permiseris, hoc ipsum mihi in salutem vertas, & ad æternam vitam cooperari facias. Amen.

CONSIDERATIO XV.

De Veritate, & Fidelitate Dei.

Vatuor modis Deus dicitur *Verus, veritas, & prima veritas.* I. *in essendo,* seu *objectione.* Quia est primum obiectū intelligibile, in quo omne obiectum intelligibile & omnis veritas obiectua eminenter continetur; & à quo omnis res accepit veritatem sui esse, & ut secundūm suam speciem & omnes gradus essentiæ vera sit, & verè talis dicatur: ut, quod hoc sit verus homo, illud verus leo, verus bos,

E iij verum

is ad
diges
: si
sup-
abili-
aude

diffi-
atatem
entia
omni
& sta-
quis-
ur sic
, &
perte
xten-
terne
ntem,
laue-
secu-
nemi-
c villa
bra-
here